ILLVSTRIVM CONTROVERSIARVM ALIARVMQVE VSV FREQVENTIVM

Pars prima, tres priores libros continens.

AVTHORE D. FERNANDO VASQVIO MENCHACENSI HISPANO IVRECONSVLTO præſtantiſsimo, & in ſummo dominicæ rei Philippi Hiſpaniarum regis catholici prætorio Senatore.

[illegible]

[illegible]

Cum Indice rerum ac verborum locupletiſſimo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

IN OFFICINA Iacobi Stœr, & Franc. Fabri Lugdunenſis.

M. D. XCIX.

POTENTISSIMO, INVICTISSIMOQVE MONARCHÆ PHILIPPO Hiſpaniarum, noui orbis, vtriuſque Siciliæ, &c. Regi catholico,

Fernandus Vaſquius Menchacenſis in ſummo dominicæ rei prætorio Senator. S.

OMNEIS, qui Reipublicæ præeſſent Principes (Monarcha Chriſtianiſſime ac potentiſſime) duo ob oculos tenere debere præcepta, Platonis ſententia eſt: Primum, vt ſuorũ cõmodorum obliti, ciuiũ dũtaxat vtilitatẽ tueãtur: vt enim tutela minorũ ſic & procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum qui commiſſi ſunt, nõ ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Alterum, vt vniuerſo populo conſulant, ſubueniant, ac proſpiciant, ne dum vnam aut alterã tantùm partem intuẽtur, reliquas deſerãt. Id quod (vt voce Maronis vtar) per paucos, quos æquus amauit Iupiter, aut ardẽs euexit ad æthera virtus, aſſequutos fuiſſe, vel ex eo intueri licet, quòd ſummus Principum & legumlatorum veteris Teſtamenti Moſes cùm Iudæis præſideret, omnibúſque ciuibus æquè ſolus conſulere, ius reddere, omniaq́; proſpicere ſtuderet, nec ad vires, aut humana fragilitas concederent, maiora negotia minoribus impeditus, & minora maiorib. obrutus, perficere non volebat: quod Exod. c.

CONTROVERSIARVM ILLVSTRIVM, ALIARVM-QVE VSV FREQVENTIVM, Libri tres.

AVTHORE

FERNANDO VASQVIO A MENCHACA PINCIANO
HISPANO IVRECONSVLTO
in ſummo Dominicæ rei Prætorio
Philippi Hiſpaniarum Regis
Catholici Senatore.

***

SVMMÆ.

1 *HOMO homini ut prodeſſe velit de iure naturæ eſt.*
2 *Iure naturali abutimur falſis imbuti doctrinis.*
3 *Homo hominis pernicies.*
4 *Adulatores Principum humano generi peſtis nocentiſſima.*
5 *Homines ingenij hebetioris ſeruos non eſſe.*
6 *Ariſto. impia ſententia.*
7 *Alexandri Hiſtoria & Tyrannis.*
8 *Iuſtitia qua p ſsis capitalior.*
9 *Seruus homo iure naturæ non eſt.*
10 *Hiſtoria Antigoni Macedonum Regis, & numero 42. & 103.*
11 *Vitia virtutis ſpecie tegere veneuum eſt validiſſimum.*
12 *Libri huius inſcriptio declaratur.*
13 *Oratio prima.*
14 *Oratio ſequens.*
15 *Iuſtitiæ commendatio.*
16 *Poteſtatis vtriuſque finis.*
17 *Iuſtitia denegatio Principibus periculoſa.*
18 *Maioribus maiora debentur.*
19 *Inuidia pares impetit.*
20 *Inuidia ſedatur virtute.*
21 *Aequale nihil.*
22 *Homines non eſſe in æquali fortuna ad decus vniuerſi expediebat.*
23 *Aequalitas inter homines an eſſe expediat.*
24 *Hiſtoria Licurgi.*
25 *Hiſtoria Curij.*
26 *Dominum habere nobiliorem, confert ad dignitatẽ vaſſallorum, & nobiliores habere ſubditos, confert ad nobilitatem & dignitatem Principis.*
27 *Chriſti in genus humanum beneficia, & num. 28.*
29 *Iudices Hiſpalenſes à rege electi digniores cæteris.*
30 *Vaſallos an principibus vendere liceat ob publicam neceſſitatem.*
31 *Publica vtilitas reparanda non quorundam impenſa aut damno, ſed vniuerſorum.*
32 *Dignior qui potentior.*
33 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
34 *Potentia nulla & finita æquantur.*